

4464/6 tabulae marmoreae cr. ca. 0,05 fragmenta duo: a rep. nella terza taberna del teatro (cominciando dalla scala a sin. del corridoio d'ingresso); b intorno al teatro sul lato ovest. Sunt in repositis musei Ostiensis. Litterae a. 0,025.

a b

Composui in re praesenti et descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. Vaglieri *Not. d. sc.* 1913: a p. 84 n. 2, b p. 136 n. 1 (si eadem fragmenta sunt; traditur enim frg. a 1 PROC·C, b 1 ILIS).

Quoniam cursum honorum ascendentem esse ex versibus 2. 3 cognoscitur, in v. 4 munus non praesidis, sed quaestoris provinciae desideratur. Itaque propono haec supplementa quamvis incerta (cf. e. g. C. XI 3004 = Dessau *Inscr. Lat. sel.* 1002. XI 6338 = Dessau 1187):

[quaestori pr(o) pr(aetore)] prov. C[retae et]
[Cyrenarum, aed]ili plebi[s] Ceriali[s]
[praeto]ri desig[nato]

Ex ductu litterarum bono et simplici titulum secundo p. Chr. saeculo attribuendum esse censeo.

4467 tabulae marmoreae utrimque inscriptae fragmenta duo; inscriptionem alterius lateris dedi supra n. 4350, ubi vide. Litterae v. 2-8 a. 0,035-0,032.

b 5 a

1 suppleverim e]quo [publico. — 2 pr]oc(urator) Ostiae [ad annonam, cf. supra p. 7. Hirschfeld *Die kais. Verwaltungsbeamten* 2 p. 248. — 3 supplendum videtur [praef. alae -- Fla]viae (miliariae) in R[aelia] (sic fere Vaglieri l. c.). Potest esse ala II Flavia p. f. miliaria, quam inde a saeculo primo exeunte usque ad imperium Pii in Raetia locum tenuisse scimus (cf. Dessau *Inscr. Lat. sel.* 2002. Cichorius *RE I* c. 4241 sq.). — 4 fin. in P--- aut in R---; e. g. [praef. alae I Hispanorum Auria]nae in R[aelia]. — Post v. 4 nullum versum excidisse cognoscitur ex inscriptione alterius lateris, quae quomodo supplenda sit vix dubitari potest. — 5 [Hispa]norum vel simile quid. — 6 fin. littera E omnino incerta est. Proposuerim [in Mauretania C]aesarie[nsi], scilicet is de quo agitur militiam equestrem aliquam egerat in Mauretania Caesariensi (cf. supra in *Raetia*). — 7 de cohorte I Flavia Musulamiorum cf. Dessau *Inscr. Lat. sel.* 2003 (dipl. mil. a. 107). 9472. Cichorius *RE IV* c. 317. Castra habuit ipsa quoque in Mauretania Caesariensi; tamen versus qui praecedat propter collocationem verborum vix ad hanc cohortem pertinere potest. — 8 ante A vidi (superne) vestigium incertum.

Titulus propter v. 3 attribuendus esse videtur saeculi secundi parti priori, cui opinioni bene congruunt et cetera munera (de aetate procuratoris ad annonam Ostiae cf. Hirschfeld l. c.) et forma litterarum. Miror autem, quod haec inscriptio inscriptioni alterius lateris Hadriano dedicata circiter aequalis est; et cum vix fieri posset, ut tabula Hadriano dedicata brevi post ad equitem quempiam honorandum adhiberetur, titulus imperatorius posterior putandus est.

4473 [= Eph. IX 456] tabula marmorea longa 2 p. 4 unc. [m. 0,46], alt. 1 p. 11 unc. [m. 0,43] litteris altis v. 4:4 unc. 3 lin., 2:4 unc., 3 seq.: 3 unc. [cm. 5 1/2] KELL. Ostiae 1836 effossa, nunc Romae ap. Braunium KELL. (locum non adnotat HENZ.). Romae in aedibus Alexandri Castellani FORC. His aedibus (piazza Poli) dirutis quo pervenerit, nescimus.

4468/70 tabula marmorea mutilata (0,69 × 0,23). Rep. piazzale delle corporazioni. Ego frustra quaesivi.

AD...
PROC·AD DIOECESIN·ALEXANDRIae, proc. aug.
AD CENSVS·ACCIPIENDOS·TRIVM·CIVITatium
AMBIANORVM·MVRRINORVM·ATREBATium
5 PROC·AD ALIMENTA·PRAEF·CLASSIS·FLAVIAe
PANNONICAE·TRIB·MILIT·LEG·XII·FVLMINatae

Edidit, supplevit, commentario instruxit Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 15 sq.; inde Dessau *Inscr. Lat. sel.* 9504. Copiose tractavit (imprimis vv. 3. 4) Villefosse *Mémoires de la soc. nat. des antiquaires de France sér. VIII, t. III* 1913 (1914) p. 249 sqq.

Caput tituli cum nomine eius, de quo agitur, deest. Cursus honorum equester saeculi secundi vel tertii, ordine inverso enumeratus. Infra deesse aliquid non diserte traditur.

2 de procuratore ad dioecsin Alexandriae v. Hirschfeld *Die kais. Verwaltungsb.* 2 p. 359 sq. — 2 sqq. de procuratoribus Augusti ad census accipiendos v. Hirschfeld l. c. p. 56; de Ambianis, Murrinis (i. e. Morinis), Atrebatibus populis Galliae Belgicae C. XIII p. 549. 560. 558; omnino cf. Villefosse l. c. — 5 de procuratoribus ad alimenta v. Hirschfeld l. c. p. 222.

4471 tabulae marmoreae cr. 0,045 fragmentum ipsum quoque in tres partes fractum, ex quibus ea, quae adhuc sola videtur edita esse, reperta est *isola ad est dell' area sacra del gran tempio*. Sunt in repositis musei Ostiensis.

Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. Frustulum versus 2-4 ineuntes continens edid. Paribeni *Not. d. sc.* 1916 p. 425, h.

3 agitur fortasse de militia aliqua equestri. Potest cogitari etiam de procuratore, v. Hirschfeld *Die kais. Verwaltungsbeamten* 2 p. 366 sq. — 4 in. mihi videbatur esse G, vix C, neque igitur suppleverim pro]c(uratori). Sed quoniam vir equestris ordinis (v. 3) non potest fuisse leg(atu)s, de supplemento dubius sum. — 5 exstant etiam alia vestigia parum certa.

4472 fragmentum marmoreum a. 0,20, undique, etiam a tergo, fractum, fortasse frustulum basis. Litterae bonae, a. 0,035-0,034. Est in repositis musei Ostiensis.


Descripsi.

1 qua]estori? — 4 in. P vel B vel R, fin. N vel M. pon]tifici?
Hic titulus fortasse potius in municipalibus ponendus erat.

Sic descripserunt Kellermann et Henzen, quorum apographa inter schedas varias ab Henzeno relictas invenit Dessau, qui edidit l. c. Vv. 2-5, versu primo ut videtur deperdito, descripsit Forcella C. VI 1567.


Titulus nimium mutilus quam ut suppleri vel etiam intellegi possit. Pertinuisse eum ad hominem origine Ostiensem fortasse tribus Palatina (v. 4) indicat Dessau l. c.

5409 fragmentum, $0,145 \times 0,37 \times 0,027$; litt.
a. ca. 0,035.



Misit Kristoferson.

5410 fragmentum, $0,125 \times 0,23 \times ca. 0,025$;
litt. a. 0,025–0,02.



Misit Kristoferson.

1 c]olum[n-? An tem]plum? (nisi fin. est N). —
3 Ti]nucio?

5411 fragmentum ($0,44 \times 0,62 \times 0,07$; litt.
a. 0,13–0,105); il margine superiore segato.



Misit Kristoferson.

1 Caec]ili-? — 2 fin. 3 e. g. *sevir Augustalis*] |
ide[m] *quinquennalis*.

ad n. 4309. V. 3 [sanct]o caelesti supplere proponit Dessau; cf. supra
n. 3530 *Bonae deae sanctissimae caelesti*.

ad n. 4326. Stationem vectigalis ferrariarum (fortasse Gallicarum, cf. Dessau
Inscr. Lat. sel. 1359. 8641) fuisse Ostiae (in foro ut videtur) apparet,
ut monet Dessau, ex tessera plumbea quam edidit Garucci *Rev. numism.*
1862 p. 417 n. VIII, imaginem tab. XV 8; idem *Dissertazioni archeol.*
di vario argomento II (1865) p. 77 et inde Rostovtsew *Catal. des plombs*
de l'antiquité (1900) p. 10 n. 3: STAT·FERR·FOR·OS[T] (caput Commodi
dextrorsum), id quod Garucci explicavit *stat(ionis) ferr(ariae) for(iculatorum)*
Os[t(iensium)], rectius ut videtur Rostovtsew *stat(ionis) ferr(ariarum) for(i)*
Os[t(iensis)]. Cf. stationem quadragesimae Galliarum et Hispaniarum
supra n. 4708.

ad n. 4467 v. 3sq. Ita fere supplevit iam Vollmer *Inscr. Baiuar. Rom.*
p. 201.

ad n. 4499. Litteras C·T (in marg. dext.) Dessau explicare mavult *c(on)-*
t(ubernalibus), cf. n. 4385. 4509. 4510. 4511.

ad n. 4533–4535. Memoratu dignum videtur, quod in columna priore
apices positi sunt, in altera autem omnino desunt; fortasse licebit inde
aliquid de ratione fastos inscribendi colligere.

ad n. 4702. Libri quem hic et alibi citavi *Ostia, guida storico-monumentale* (scripsit Guido Calza) nuper prodiit editio altera.

ad n. 5136. Titulus non videtur sepulcralis esse, sed ad aliquod opus publicum pertinere.

ad n. 5165. De nomine gentilicio *Aclius* v. W. Schulze *Zur Gesch. lat. Eigennamen* p. 111. 183.

ad n. 4538. Fragmenti novi (b) nunc ipsum reperti ectypum misit mihi
Guido Calza.



Fragmentum b descripsi ad ectypum, ut potui.

Quae supra adnotavi ad n. 4538, novo fragmento vel comprobantur vei
corriguntur. — b 1 in. A vel M; interpunctio ante N mihi incerta. Num
primi versus pertineant ad regem Decebalum, mihi nunc dubium est;
ceterum docemur versus longiores fuisse quam esse videbantur. — b 2 fin.
dies triumphii, ut videtur; fortasse sequebatur nomen Traiani. — 4 supple-
mentum mihi certum videtur; sed qua ratione hic Cn. Sentius Clodiano
cohaereat cum Sentio Clodiano n. 410, Cn. Sentio Clodiano n. 5374, Cn.
Sentio Lucilio Gamala Clodiano n. 377. 409, non constat. — 4 fin. incipit
nomen alterius duumviri a. 102.